

## COEMETERIUM

## S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Cœmeterii ædificationem in Portu S. Georgii faciendam esse, in casu de quo agitur, sumptibus Communitatis, definitum fuit. Firmana Reædificationis Cœmeterii die 15 Januarii 1803.

(2. Declaravit S. C. non constare de bono jure favore Communitatis Oppidi Rivifrigidi sepeliendi cadavera in Ecclesia Abbatiali Sancti Georgii, cum probationes tanti non essent, ut in Ecclesia hanc servitatem inducerent. In Tyburtina die 15 Julii 1820, ad 1. Dub.

(3. Constitit in responsione ad 1. Dubium,

## COGNATIO SPIRITUALIS.

## S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Ex baptismi reiteratione nulla prorsus oritur cognatio spiritualis inter patrum et rebaptizatam, ejusque parentes. Vent. Cog. Sp. die 8 Junii 1787, § 4.

Per catechismum ea cognatio spiritualis contrahitur, quæ matrimonium impedit. Ibid., § 7.

## COLLEGIUM, COLLEGIATA.

## S. CONGREGATIONIS RITUUM DECRETA.

(1. Propositum fuit: an scilicet Archidiaconus Ecclesiæ Cathedralis teneatur assistere, et in sede sine respaldo, seu *appoggio* sedere in aliis Ecclesiis, ad quas prædictus Episcopus adire contigerit? Sac. Rituum Congregatio censuit: « Supradictum Archidiaconum compelli posse per Episcopum Tirasonen. ut pontificaliter celebranti, aut alia Pontificalia exercenti, non solum in Cathedrali, sed in præscriptis etiam Ecclesiis sibi assistat, et inserviat; eumque sic assistentem, ac ministrantem scabello, sive sella rasa, quam vocant, prout ministrum decet, contentum esse debere. Tirasonen. Die 28 Decembris 1594. »

(2. Delatis ad S. R. C. a Capitulo, Canonicis, et Portionariis Ecclesiæ Cathedralis Rapolensis nonnullis controversiis adversus Presbyteros Parochialis Ecclesiæ Arinigri ejusdem Diocesis super asserta erectione dictæ Ecclesiæ in Collegiatam auctoritate ordinaria, cum creatione Dignitatum, et Canonicorum; nec non usu Insignium pro iisdem Dignitatibus, et Canonicis, quorum investituram permissu Episcopi, a Vicario Generali obtinuerunt; Emin. et Rev. Dominus Cardinalis Columna causæ Ponens super iisdem infrascripta dubia coram se concordata, decidenda proposuit, nempe:

1. An erectio Parochialis Ecclesiæ Arinigri in Collegiatam sustineatur in casu, etc.? Et quatenus Affirmative.

2. An pariter sustineatur erectio portionum dictæ Ecclesiæ in Archipresbyteratum, Primiceriatum, Thesaurariatum, Cantoratum, et Canonicatus respective in casu, etc.? Et quatenus Affirmative.

non frui Communitatem Rivifrigidi jure tumulandi in Ecclesia Abbatiali Sancti Georgii, ac proinde non substineri dixit S. C. designationem, et constructionem cœmeterii a Municipibus factam in eadem Ecclesia, contradicente E. Abbate. In Tyburtina die 15 Julii 1820, ad 2. Dub.

(4. Ac removendas esse judicavit sepulchras lapides cum inscriptionibus a Communitate positos in constructione Cœmeterii ibi facta, E. Abbate quoad omnia reclamante, et admonuit Municipem, ut consulere conscientiæ suæ ob violatam Ecclesiæ illius libertatem. Ibid., ad 3.

Quæ per catechismum spiritualis cognatio contrahitur imperfecta dicitur, ad differentiam alterius spiritualis cognationis, quæ per verum et proprium baptismum contrahitur, quæque dicitur perfecta, et non solum matrimonium impedit contrahendum, sed etiam contractum dirimit. Ibid., § 8.

3. An, et quæ sacra insignia obtentoribus dictarum Dignitatum, et Canonicatum in Ecclesiasticis functionibus sint permittenda in casu, etc.? Et quatenus Negative ad omnia.

4. An, et sub qua pœna Presbyteris participantibus dictæ Ecclesiæ Arinigri prohibendum sit tam nuncupatio ejusdem Ecclesiæ cum titulo Collegiatae, quam usurpatio nominis dictarum Dignitatum, et Canonicatum, nec non delatio insignium in casu, etc.? S. C. rescribendum censuit. Ad 1. Negative. Ad 2 et 3. *Provisum in primo.* Ad 4. *Arbitrio Ordinarii.* Et ita declaravit, et servari mandavit. Rapolen. Die 4 Julii 1767.

(3. Proposito dubio: An Collegiata Belvederii præcedere debeat Ecclesiæ Parochiali ejusdem loci; et quæ functiones spectent ad Collegiatam, quæque ad Parochum S. C. Ad primam partem respondit: *Negative, ad 2:* « Licere Collegiatae exercitium functionum consuetarum, dummodo non turbetur exercitium functionum propriarum Parochiæ S. Petri. Belveder. Die 20 Septembris 1806. »

(4. SS̄mus Dñus Noster Pius VII. Pont. Max. supplicante Serenissimo Principe Ferdinando IV, utriusque Siciliae Rege, divisim, ac dismembratis quindecim Terris ab extensa nimis Syracusana Diocesi; Decretalibus Litteris datis idibus Septembris anni proxime elapsi Calathajeronensem Diocesim erexit a Civitate ejusdem nominis. Binæ cum ea in Civitate adessent Collegiatae Ecclesiæ, certatum est in antecessum, cuinam jus, et honor Cathedralitatis competere; verum loci comoditas dissidia composuit, et S. Juhani Templum jure, et honore præfatis excelluit. Ecclesiæ vero, cui a S. Jacobo titulus, attentata

ejusdem insignitate, nomen elargitum Basilicæ minoris ordinis, et ad statum, gradum, et conditionem hujusmodi Basilicarum evecta est. Hinc inter Capitula præfatarum Ecclesiarum dubitatum: An ex vi Decretalium literarum Apostolicarum, quibus Collegiata Ecclesia S. Jacobi Calathajeronen. ad statum, gradum, et conditionem Basilicæ Minoris evecta est, possit hæc ipsa Ecclesia Conopæum (vulgo Padiglione) et Tintinnabulum gestare, quamvis de hoc peculiari privilegio sileant Apostolicæ literæ?

Et S. R. C. supplicantibus pro hujusmodi Dubii declaratione Cathedralis Ecclesiæ Calathajeronen. Canonicis, exquisito prius voto unius ex Apostolicarum Cæremoniarum Magistris scripto tradito, præloque evulgato, ad relationem E. et R. Dñi Cardinalis Quarantotti loco E. et R. Dñi Cardinalis Litta Ponentis, censuit rescribendum. « Ad D. Secretarium cum SS̄mo. Calathajeronen. Die 22 Mart. 1817. »

(3. Facta autem per me infrascriptum Sac. ejusdem Cong. Secretarium de præmissis *Sanctissimo Domino nostro* relatione: eadem Sanctitas Sua declaravit, atque decrevit « Juxta Congregationis votum, posse Capitulum Collegiatae Ecclesiæ S. Jacobi Civitatis Calathajeronen. vigore præfatarum literarum Conopæum, et Tintinnabulum gestare; verum in iis tantum solitis, et consuetis Ecclesiasticis functionibus, in quibus non concurrat cum altero Cathedralis Ecclesiæ Capitulo, idque in Ecclesiæ ambitu, vel intra limites tantum ejusdem Parochiæ, excepta dumtaxat ab hac limitatione solemnium applicatione ab eadem Collegiata fieri quotannis solita per vias Civitatis in die festo S. Jacobi ejusdem Ecclesiæ Titularis. » Atque ita decrevit, statuit, et in posterum servari mandavit. Die 25 antedicti Mensis et Anni.

(6. Cathedra, et Solium ob Episcopi adventum in Collegiata Ecclesia suæ Diocesis erectum, illo absente, et in suam residentiam reverso, in eadem Collegiata Ecclesia retineri non licet. Bosanen. Die 26 Aprilis 1834.

## S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. S. C. standum esse in decisio respondit, seu exsequenda esse decreta Episcopi Sutrii quoad erectionem Collegii Ecclesiastici in Civitate Roncillonem. omnibus juribus ad Sutrinum Seminarium spectantibus reservatis. In Sutrina Collegii Ecclesiastici die 21 Februarii 1824.

(2. In Oppido Jennazzani Parochialis adest Ecclesia S. Pauli, quæ Archipresbytero, et quatuor Beneficiatis est composita. Cardinalis Ruffus Episcopus Prænestinus iis, ut missam pro benefactoribus in genere applicarent, præcepit. Quæstionem hinc isti posuerunt superenarratæ Ecclesiæ Collegialitate, aientes Bullam deesse erectionis, deesse Apostolicum privilegium, et omnia signa deesse Collegialitatis, quum Capitulum numquam efformaverint, nec Capitulares actus exsequerint, neque massa ulla communis extiterit, nullæ quotidianæ distributiones, nullumque

residentiæ onus adfuerint. Putabant itaque Ecclesias quasi collegiales, seu speciem quamdam collegialitatis habentes, ad missam conventualem non esse adstringendas. Et revera Sac. Congregat. definire non dubitavit, de præfata Ecclesiæ collegialitate non constare; ita ut Missa conventualis pro benefactoribus in genere celebrari non debeat: Prænestina Missæ convent. die 19 April 1779.

(3. Parochialis Ecclesia S. Michaelis Archangelii oppidi Caprarolæ fuit ab Episcopo Niccola Perusio, Gregorii XIII. Pont. Max. habito oraculo, in Collegiatam erecta. Quum hæc suas peculiare haberet constitutiones, habeatque massam communem distributionum, et alias hujusmodi prærogativas; An de sua Collegialitate constaret? est S. Congreg. interrogata, et de sua utique collegialitate liquere resolvit: Civitatis Castellanae Missæ convent. die 16 Decem. 1786, dub. 1.

(4. Supplicationes Ecclesiæ Collegiatae S. Petri Montis Martiani indicendæ sunt per Archipresbyterum de consensu Capituli juxta decretum Card. Episcopi anni 1781: Senogallien. die 13 Junii 1789, dub. 9.

(5. Supplicationibus, quæ fiunt per Capitulum Collegiatae Oppidi Capranicæ feriis sextis Martii interesse debere Patres Conventuales ejusdem oppidi judicio decernit S. C. Sutrina die 6 Decem. 1794, dub. 1.

(6. Mansionariam in Ecclesia Collegiata Oppidi Paleani erigi permisit Sacra Congregatio, cujus Possessor onere adstringeretur adesse Sacario, et minora officia Ecclesiæ præstare; statuit vero, quod gemini Beneficiali, qui ad prædicta officia tenebantur, annuam Mansionariæ præstarent pensionem. In Prænestina Mansionariæ die 20 Februarii 1802.

(7. Præbendarum augmentum a Canonicis Collegiatae S. Christinae Civitatis Eugubi petitum ex hæreditate Triangoli, rejecit Sacra Congregatio, et Episcopo injunxit, ut incumberet pro applicatione Missæ conventualis, sin minus referret de legitima causa. In Eugubina Præbendarum die 10 Septem. 1803.

(8. Unionem duorum Clericatum in Collegiata S. Andreae Apostoli Paleani existentium faciendam esse decrevit S. C. favore unius ex duobus Capellanis per modum provisionis cum obligatione retinendi Clericum, et quatenus hanc unionem recusarent Capellani, tum favorem unius Clerici faciendam esse statuit. In Prænestina die 28 Februarii 1807.

(9. Locum esse unioni Collegiarum Sancti Laurentii, et S. Nicolai definit S. Congregatio. In Nullius S. Edisti 11 Aprilis 1807.

(10. Declarandos esse voluit Sac. Congregatio ab Episcopo Brictinoriensi, servatis servandis, Irregulares, exceptis tamen Archipresbytero, et canonicis Personali et Gollarelli, reliquos canonicos aliosque presbyteros Collegiatae Ecclesiæ S. Mariæ in Burgo Civitellæ, qui publice celebrarunt post incursum suspensionem ab eodem Episcopo in executione resolutionum Sac. Congrega-



tionis die 16 Martii 1816 et 12 Julii 1817 latam nisi Missam per turnum celebrarent ad auroram et meridiem, eosdemque relegandos esse decrevit in Conventu Regularium strictioris observantiae ad dispositionem Sac. Congregationis. In Brietinerien. Collegiatae 16 Januarii 1817, ad 1. Dub.

(11. In excitata controversia inter Capitulum Collegiatae Ecclesiae Oppidi Palcani, et administratores Patrimonii Columnae, ad quem nimirum de jure pertineret onus reparandi eam Ecclesiam Collegiatam, cum a Capitulo in sui defensionem post exaratum folium D. Secretarii, ac tantum paucos dies ante resolutionem exhibita fuerint jura, Sac. Congregatio, ut maturius procederet, definitionem distulit quoad jus, et titulum utriusque partis; sed quia Ecclesia sollicita indigebat reparatione, et ex Capituli allegatione constabat ex tercentorum annorum consuetudine Ecclesiam reparatam fuisse a familia Columna, etiam post protestationes ab hac emissas, voluit ut interim non retardaretur reparatio sumptibus hujus Patrimonii. In Praenestina Restaurationis Ecclesiae Collegiatae 18 Septembris 1817.

(12. Audiendam esse Rev. Cameram Apostolicam patronam censuit Sac. Congregatio antequam Capitulo Collegiatae Ecclesiae oppidi Vallerani petita concederet reductionem vel canonicatum, et beneficialium praebendarum, vel servitii choralis ob praebendarum tenuitatem et inservientium paucitatem. In Civitatis Castellanae Reductionis, et dispensationis 18 Decembris 1818, ad 1. et 3. Dub.

(13. Necnon antequam ad geminam in hebdomada reduceret binam Missam quotidianam pro fundatoribus Rossetti, et Agostini a singulis illius Collegiatae Ecclesiae canonicis, et beneficiis per turnum celebrandam. Ibid. ad 4. Dub.

(14. Cum redditus Collegiatae Ecclesiae Sancti Martini ob passam imminutionem tenues adhuc sint, Sacra Congregatio indulgiam reductionis quoad Chori servitium 16 Decembris 1820 concessum prorogavit, donec augeantur redditus; aut servitium Chorale ad Octavas privilegiatas ampliavit. In Nullius Sancti Martini Reductionis Servitii Chori 22 Februarii 1820.

(15. Dispensationem erigendi Montem Pietatis pro manutenzione Fabricarum, quae pertinent ad praebendas Collegiatae Vallerani, a fundatoribus praescriptum, ad decennium tantum concessit S. Congregatio ejusdem Ecclesiae Capitulo, quod tamen ab eo onere non absolvit, ex eo quod ad illarum manutenzione non teneatur R. C. A. audita juxta resolutionem diei 18 Decembris elapsi anni, quae jure patronatus dumtaxat Ecclesiae, necnon praepositurae, et Archipresbyteratus gaudet, non vero caeterarum praebendarum. In Civitatis Castellanae Reductionis, et Dispensationis 15 Julii 1820, ad 5. Dub.

(16. Onus instituendi plebem salutaribus verbis singulis diebus Dominicis aliisque festis spectare declaravit Sacra Congregatio ad Vicarium Curatum, non vero ad quatuor

Canonicos primae erectionis in Collegiata Ecclesia Oppidi Sanctanatholiae habituales curam habentes. In Camerinen. Missae pro Populo, et Legatorum 16 Decembris 1820, ad 3. Dubium.

(17. Cum bona Collegiatae Oppidi Corelliani vel male gestae administrationis, vel aeris alieni causa valde imminuta, et dispersa essent, ita ut pares non forent oneribus sustinendis, servandam esse ejusdem Collegiatae suspensionem jam ab Episcopo, uti Visitatore Apostolico, factam, juxta votum E. Rivarola Relatoris Sacra Congregatio censuit. In Civitatis Castellanae 24 Nov. 1821, ad 1. Dub.

(18. Archipresbytero in eadem Ecclesia curam Animarum exercenti praefinivit S. Congregatio congruam scut. 100, ab administratore ejusdem Collegiatae solvendorum praeter incerta stolae, injuncto onere applicationis Missae pro populo, et aliarum 26 Missarum pro Benefactoribus in genere juxta votum ejusdem E. Relatoris. Ibid. ad 2. Dub.

(19. Capellanum adjutorem Archipresbyteri eligendum esse voluit Sac. Congregatio, praevio examine, et Episcopi approbatione, sub conditione amovibilitatis, et juxta votum laudati E. Relatoris, arbitrio Episcopi relinquens salarii assignationem ex bonis et redditibus in administratione positus, necnon obligationem nonnullarum Missarum pro benefactoribus in genere singulis Mensibus celebrand. facto verbo cum SS. quoad omnia. Ibid. ad 3. Dub.

(20. Ad D. Secretarium cum SS. juxta mentem rescripsit Sacra Congregatio quoad augmentum congruae Aemidio Pauri Plebano Castri Ferretti Anconitanae Diocesis apostolice correpto. In Anconitanae congruae 9 Jul. 1822.

(21. Ob exiguitatem reddituum praebendarum Collegiatae Ecclesiae Oppidi Vallerani, licet primo dubio reductionem earumdem denegaverit ob nimium Divini cultus detrimentum, attamen concessit ad decennium suspensionem collationis vacantium duorum Canonicatum, et trium Praebendarum Canonicatum, ad effectum conficiendi multiplicum ex superexstantibus redditibus, satisfactis missarum oneribus, deputato per Episcopum Ecclesiastico Administratore, non retardata interim vacantis praepositurae provisione, atque id notificari voluit ministris Datariae Apostolicae. In Civitatis Castellanae reductionis et dispensationis die 15. Jul. 1823, ad 2. Dub.

(22. Attenta diminutione reddituum permanantium ex LL. MM. censuit S. C. Capitulo Collegiatae Nullius S. Martini suspensionem nominationis duorum Canonicatum concessam die 17. Septembris anni 1808. ad aliud triennium a die expirati indulti esse prorogandam; audiendum esse voluit E. Protectorem, qui transmissio statu activo, et passivo Capituli, dignaretur referre de antiquo et praesenti numero Canonicorum, de redditibus, quos ex fundatione percipiebant, et modo percipiunt, nec non de quali-

tate servitii praestiti post partialem LL. MM. restitutionem. In Nullius S. Martini die 16 Decembris 1823. ad 1. Dub.

(23. Hoc autem beneficio concesso, denegavit petita ab eodem Capitulo suspensionem missarum sex lectarum, ab unoquoque Canonico quovis mense celebrandarum. Ibidem ad 3. Dub.

(24. Ut reparationi Collegiatae Ecclesiae Belviderii Senogallien. Diocesis, in solo Lateranensi sitae, provideatur, S. C. juxta votum E. Archipresbyteri Sacrosanctae Lateranensis Basilicae, suspensionem concessit per septem annos quoad praebendas Ubertini et Grassi, et per quatuordecim quoad alias praebendas vacantes, et Mansionariae Capellaniae, quod notificari voluit Ministris Datariae Apostolicae; nec non servitium Chori reduxit ad septennium, exceptis omnibus festis, etiam reductis tempore Adventus, et Quadragesimae, Octavis privilegiatis, et festo S. Titularis, cum obligatione celebrandi omnibus diebus, etiam reductis, Missam lectam pro Benefactoribus, et ad D. Secretarium cum SS. quoad omnia. In Senogallien. Fabricae Ecclesiae die 20 Martii 1824, ad 1. et 2. Dub.

(25. Universitati Petrae Rubrae administratrici bonorum Ecclesiae S. Lazari sitae in solo Lateranensi, et in Feretrana Diocesi, quia ejus redditus adeo tenues sunt, ut satis non sint tributorum solutioni, et Ecclesiae mantentioni, Missarum reductionem, celebrata unica missa, ad quinquennium, ei tamdiu, facto verbo cum SS., concessit S. Congregatio. In Feretrana die 14. Augusti 1824.

(26. Ad sequentem Congregationem prorogatum fuit iudicium de matricitate, et majoritate Collegiatarum Hispelli Fulginaten. Diocesis, necnon de jure privato Fontis Baptismalis, et de observantia rescripti S. C. In Fulginaten. Fontis Baptismatis die 16. Aprilis 1825. ad 1. 2. et 3. Dub.

(27. In Ecclesiam S. Blasii Montis Milonis Maceraten. Dioceseos Collegiatam in pristinum restitutam esse dixit S. C. quamvis Communis deficiat Massa, cum haec deficientia Canonicis tribuenda esse videatur, et interim nonnullis ex Canonicis statuta pensio a R. C. A. solvatur. Restituta Collegiata, Canonicos teneri ad integrum Chorale servitium, ad formam Bullae erectionis, dixit eadem S. C. quae provideri voluit quotidianis distributionibus ex quarta parte fructuum et quorumcumque proventuum ad formam dictae Bullae. In Maceraten. die 29 Januarii 1825. ad 1. 2. et 3. Dub.

(28. Collegiata S. Nicolai, quam Xistus IV. S. M. ab Ordinario exemerat, atque Sedi Apostolicae immediate subjecerat, amplissi-

## COMMEMORATIO.

## S. CONGREGATIONIS RITUM DECRETA.

(1. An Archiepiscopo Bahien. liceat declarare per literas Pastorales SS. Salvatorem non esse Patronum, sed semper fuisse, et esse Titularem Civitatis Bahiensis, ejusque Cathedralis, adeoque imposterum pro Titulari

mam S. Thomae Parochiam complectitur. Hanc Episcopo visitare decernenti obstitit Ecclesiae Praepositus, nullaque pompa adventantem Episcopum excepit. Multiplicem hinc de exemptione, et privilegiis exortam litem diremit S. C. definiens, constare quidem de exemptione, servatis tamen moderationibus a S. Tridentina decretis. In Regien. Exemptionis 30 Jan. 1836. ad 1. Dub.

(29. Statuit hinc S. C. posse Episcopum visitare Collegiatam exemptam jure Delegato; Paroeciam vero juxta decreta Concilii Tridentini sess. 7. et sess. 21. cap. 8. de Reform. In eadem ad 2 et 3. Dub.

(30. Episcopo praedictam Collegiatam exemptam visitanti praestanda esse obsequia juxta praescriptum Caeremonialis Romani pro Episcopis visitantibus respondit S. C. In eadem ad 4. dub.

(31. Competere Praeposito Collegiatae exemptae S. Nicolai jus Superioritatis in Ecclesiae Clericos et bona, quoad ea tantum quae servitium Ecclesiae et bonorum administrationem respiciunt, edixerunt EE. PP. In eadem ad 5. dub.

(32. Nullimode vero posse Praepositum ipsius Collegiatae exemptae dimissorias concedere Clericis Ecclesiae inservientibus responderunt EE. PP. In eadem ad 6. dub.

(33. Literas Apostolicas datas Praeposito, et exemptae Collegiatae praedictae promulgari et executioni committi posse sine venia Episcopi, dummodo de istius scientia, declararunt EE. PP. In eadem ad 7. dub.

(34. Nominationem Presbyteri ad Paroeciam S. Thomae ad Praepositum Collegiatae S. Nicolai exemptae tantum spectare, examen vero et approbationem ad Episcopum pertinere declaravit S. C. In eadem ad 8. dub.

## REV. FABRICAE S. PETRI DECRETA.

(1. Postquam Parochialis Ecclesia S. Petri Montis Martiani in Collegiatam fuerat erecta, plurimae inter Archipresbyterum, et Canonicos controversiae emergerunt. Quaesitum inter caetera fuit an, et cui competat jus celebrandi in eadem Ecclesia sacras omnes functiones, choralibus et parochialibus exceptis: S. Congregatio respondit, servandum esse decretum tertium Card. Episcopi anni 1781. Senogallien. die 13 Junii 1789. dub. 6.

(2. Communicationem domus Archipresbyteralis Ecclesiae Collegiatae S. Petri Montis Martiani in choro, ubi in hyeme Sacra faciunt Canonici, claudi debere juxta decretum Episcopi anni 1781. reservata Archipresbytero altera, quam habet, communicatione cum Ecclesia in latere opposito, S. C. visum est. Senogallien. die 13. Junii 1789. dub. 2.

habendum, et colendum sub eodem ritu, quem nunc habet, et semper habuit, quando Patronus existimabatur.

2. An eidem liceat declarare per literas Pastorales S. Franciscum Xaverium esse Patronum Principalem Civitatis Bahiensis rite constitutum, adeoque imposterum pro Pa-



trono Principali habendum, et colendum sub ritu, qui Patronis Principalibus civitatum conceditur; ita ut infra annum in Officio Divino, quando dicuntur suffragia Sanctorum, de eo ut Patrono Principali fieri debeat commemoratio loco competenti, et præterea in Missa, quando dicitur Oratio *A cunctis*, sub litera N. ejus nomen exprimi debeat?

S. C. rescribendum censuit. Ad 1. « Licere, prout in Dubio. Ad 2. Pariter licere, prout in Dubio: Dum modo non omittatur in Metropolitana commemoratio SS. Salvatoris tamquam Titularis ejusdem. » Et ita declaravit, ac servari mandavit. Bahien. Die 16. Februarii 1754.

2. Cum in Ordine Carmelitano discaleato post festum omnium Sanctorum die 13 Novembris, recurrente festo sub ritu duplici S. Geltrudis, habeatur commemoratio defunctorum Ordinis prædicti sub ritu duplici, dicendo missas pro defunctis Fratibus et Sororibus ejusdem ordinis; quæritur an sufficiat, quod recitetur unum Nocturnum cum Laudibus Officii Defunctorum sub ritu duplici seu potius recitari debeat totum Officium Defunctorum sub eodem ritu, recitatis pridie Vesperis cum psalmo *Lauda, anima mea*, etc.? S. C. rescribendum censuit. Ad 1. 2. « Dentur Decreta in una Einsidlen. 23. Jun. 1736. et in una Ordinis Eremitarum Camaldulensium. » Et ita declaravit. « Ordinis Carmelit. Excalc. Prov. Poloniae Die 27. Martii 1773. »

3. 1. An in casu, quo in Dominica Paschæ, et Pentecostes occurrant Officia semiduplicita, et duplicia minora, pro quorum translatione locus non supersit in toto anni Ecclesiastici decursu, de ipsis fieri debeat commemoratio in eadem Dominica Paschæ, et Pentecostes in Vesperis, et Laudibus, et Missis: an vero debeant prorsus omitti? in casu etc.

2. An de iisdem semiduplicitibus, et duplicibus possit fieri commemoratio in feria 2 et 3 Paschæ et Pentecostes in utrisque Vesperis, Laudibus, et Missa?

3. An in quibuscumque aliis duplicibus sive secundæ, sive primæ classis, comprehensis etiam festis Ascensionis et Corporis Christi fieri possit commemoratio de laudatis duplicibus, et semiduplicitibus in utrisque Vesperis, Laudibus, et Missis æque ac fit de die Octavæ, si alicubi occurrat?

4. An de eisdem semiduplicitibus, et duplicibus fieri debeat commemoratio in Vesperis feriæ 3 Paschatis, et Pentecostes, necnon in secundis cujuscumque alterius festi primæ classis in casu, quod de ipsis facienda sit die sequenti?

5. An de laudatis semiduplicitibus, et duplicibus legenda sit nona lectio ad Matutinum, composita ex omnibus eorum lectionibus propriis secundi nocturni ad modum unius in omnibus duplicibus primæ classis, exceptis illis trium lectionum, Festo, et Octava Corporis Christi, et quoties legenda occurrat nona lectio de homilia super Evangelium?

6. An in Missis Dominicæ Palmarum, et Vigiliæ Pentecostes, in quibus excluditur commemoratio festi simplicis, licet facta

fuerit in Officio, facienda sit commemoratio de prædictis duplicibus, et semiduplicitibus in Missis?

9. An commemoratio festi duplicis occurrentis in Dominica per annum, in qua recitatur officium alicujus festi mobilis majoris ritus, vel dignitatis, præferenda sit commemorationi ejusdem Dominicæ, lecta tamen nona lectione de homilia ejusdem?

11. An occurrente festo Confessoris non Pontificis infra octavam alterius festi pariter Confessoris non Pontificis, pro commemoratione octavæ in Laudibus desumenda sit Antiphona ex secundis, an vero ex primis Vesperis?

13. An in die commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, in qua omnes Missæ, excepta conventuali post Tertiam, celebrandæ sint pro defunctis, reponi debeat festum dupl. maj. translatum, S. Joachim v. g. SS. Nominis, aut Rosarii B. M. V. vel Angelorum Custodum? an ulterius translatis Officiis istis recitari debeat Officium de die infra Octavam omnium Sanctorum, an vero in hoc peculiari casu reponi prius possit Officium aliud dupl. min. pariter translatum, quod pro tali die non excludit Missas Defunctorum. S. C. rescribendum censuit. Ad 1. et 2. « Dilata, et videantur particulariter. » Ad 3. « Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam, excepta Missa Solemni. » Ad 4. « Ut ad proximum. » Ad 5. « Affirmative, exceptis illis trium lectionum, festo, et octava Corporis Christi, et quoties legitur nona lectio de homilia super Evangelium. » Ad 6. « Negative, et servetur Rubricæ. » Ad 9. « Affirmative. » Ad 11. « Negative quoad primam partem, Affirmative quoad secundam. » Ad 13. « Dentur decreta Sac. Congregationis. » Et ita declaravit, et servari mandavit. « Urbis, Seu Ord. Minor. Observant. S. Francisci. Die 28 Martii 1775. »

4. 1. Sancti, qui in fine anni supersunt, vel sunt ritus duplicis, vel semiduplicitis, diebus eorum propriis considerandi sunt tamquam simplices ex decreto 26. Novembris 1735. (3889, ad 5.) In Rituali autem P. Cavalieri Tom. 1, cap. 6, decret. 5 (in ordine 73) legitur, hujusmodi officia tractari debere ad normam Rubricarum de festis simplicibus, addita tamen commemoratione in secundis Vesperis. Sed cum per decretum 23 Januarii 1745. (In Lunen Sarzanen. 4017.) facienda sit commemoratio S. Silvestri in die Dedicationis propriæ Ecclesiæ, dubitatur nunc: An si officia hujusmodi Sanctorum vel sint ex se ritus dupl. vel semiduplicitis, inciderint in festis solemnioribus primæ classis, fieri de illis debeat commemoratio maxime in Dominica Paschæ, et Pentecostes, et duobus sequentibus diebus (ubi etiam cessant octavæ) ac in festo Corporis Christi, et Ascensionis?

2. Ambigitur, an talium Sanctorum (vel sint ex se ritus duplicis, vel semiduplicitis) commemoratio recitanda sit in primis Vesperis, primæ, vel secundæ classis?

3. Quæritur: utrum hujusmodi Sanctorum commemoratio præponenda, vel postpo-

nenda sit commemorationi Dominicæ, vel Octavæ, seu infra octavæ, si cum illis concurrat?

6. Quando recitatur de S. Confessore, et in Laudibus fieri debet commemoratio de infra octavam alterius Confessoris propriam non habentis; quæritur, unde desumenda est Antiphona, ex primis Vesperis, an potius ex secundis, cum infra octavam primas non habeat Vesperas?

8. An commemoratio SS. Sacramenti ob ejus expositionem in duplici primæ et secundæ classis debeat uniri cum oratione Missæ sub unica conclusione, quando iussum concurrunt aliæ commemorationes de præcepto, aut de feria majori? S. C. rescribendum censuit. Ad 1. 2. et 3. « Commemoratio Sanctorum novem Lectionum, qui in fine anni supersunt, nec sunt transferendi ad annum sequentem, ut alias decretum; aut sint ritus semiduplicitis, aut duplicis etiam majoris, diebus eorum propriis (etiãsi occurrant in festis primæ, et secundæ classis) facienda est ad instar diei Octavæ, et Dominicæ tam in occurrentia, quam in concurrentia, habita ratione ad ritum, quo descripti sunt in propriis Calendariis; exceptis tantum ultimo triduo majoris hebdomadæ, festis Paschæ et Pentecostes cum duobus sequentibus diebus, in quibus nulla SS. commemoratio omnino tolerari debet. Quoad ordinem vero, si die eorum propria aliæ commemorationes occurrant, servetur, ut prius fiat commemoratio, de quo, secluso impedimento, die illa celebraretur Officium, aut Vesperæ integræ, aut Capitulum, aut di-

## COMMUNIO.

## S. CONGREGATIONIS RITUUM DECRETA.

(1. Indulti sumendi SS. Eucharistiæ Sacramentum in nocte Nativitatis Domini pro Monialibus Monasterii S. Mariæ Ægyptiacæ nuncupat. *di Pizzofalcone* Ordinis S. Augustini Civitatis Neapolis: « Servetur Decretum. die 9 Decembris 1760. »

Cum S. R. C. supplicata fuisset, ut declarare dignaretur: (2. An Dignitates, Canonici, Portionarii, cæterique Beneficiati Ecclesiæ Cathedralis Conchensis teneantur Sacram Eucharistiam accipere de manu Celebrantis in Missa conventuali feria V. in Cœna Domini, sicuti faciunt cæteri de Clero, in suis Parochiis quin in posterum liceat privata Missæ sacrificia celebrare. Et eadem S. R. C. rescribendum censuit: « Servetur Decretum jam emanatum in una Civitate. die 27 Sep. 1608, die 22 Dec. 1770. » Præfatum autem Decretum supra laudatum est, ut sequitur: An omnes Dignitates, Canonici, Portionarii, et alii Sacerdotes Ecclesiæ Cathedralis Feria V. in Cœna Domini debeant non celebrare, sed sacram Communionem sumere de manu Episcopi, vel alterius Celebrantis, prout ordinatur in libro ceremonialis episcoporum, et prout in dicta Ecclesia servabatur; licet postea per consuetudinem, seu potius desuetudinem, consueverint singuli Presbyteri, Dignitates, Canonici, et Man-

midæ. Ad 6. Negative quoad primam partem, et Affirmative quoad secundam, scilicet pro Laudibus sumendam esse Antiphonam de secundis Vesperis, et pro secundis Vesperis de Laudibus: in utroque tamen casu cum y de primis Vesperis. Ad 8. Uniendam esse in fine aliarum Commemorationum de præcepto. Ord. Min. S. Francisci De Obser. Provinciæ Conceptionis B. M. V. In Regno Portugalliæ, die 18 Decembris 1779. »

(5. 21. B. Virgo Maria est Patrona principalis totius Ordinis Carmelitarum. Quæritur ergo: Utrum Patres Carmelitæ discaleati, quando recitatur officium de feria simul cum officio parvo B. M. V. possint, et debeant inter Suffragia Sanctorum facere commemorationem de eadem non solum in Conventibus, quorum Ecclesiæ sint eidem Virgini dicatæ quocumque titulo, sed etiam in omnibus Conventibus Ordinis ratione prædicti specialissimi Patronatus?

22. Utrum inter Suffragia Sanctorum fieri debeat a Regularibus commemoratio Titularis suæ Ecclesiæ, non obstante, quod etiam fiat de Patrono principali Religionis?

23. Utrum in Hispania teneantur Regulares facere commemorationem S. Jacobi Apostoli Patroni principalioris Regni, quando in Officio divino dicuntur Suffragia Sanctorum, et apud Regulares fit commemoratio Patroni principalis Religionis? S. C. rescribendum censuit. Ad 21. *Affirmative in omnibus.* Ad 22 et 23. *Affirmative.* Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Congregationis Hispaniæ. Die 16 Februarii 1781.

sionarii, per se ipsos dicta die Missas celebrare: S. R. C. respondit: « Servandam esse regulam præscriptam in Libro Cæremoniali, ut scilicet feria V. in Cœna Domini in memoriam, quod D. N. J. C. manu sua propria omnes Apostolos communicavit, omnes Presbyteri tam Dignitates, quam Canonici, et Mansionarii communionem sumant de manu Episcopi, vel alterius Celebrantis, et prout etiam antiquitus in dicta Ecclesia Civitaten. servabatur. Conchen. die 27 Septembris 1608. »

(3. Proposito dubio an Canonicus Sacerdos in Feria V. Cœnæ Domini Communionem generali super almutiam stœiam a collo pendente habere debeat, vel solum super cottam. Et S. R. C. censuit respondendum: Servandam esse locorum consuetudinem die 10 Septembris 1796, ad 5.

(4. Cum Sacerdos Joannes Baptista Berni recenter Archipresbyteratu Ecclesiæ Parochialis titulo SS. Cosmæ et Damiani, loci vulgo nuncupati Canoscio, Diocesis Tiphernen., potitus, antiquam consuetudinem in eadem Ecclesia invenerit Sacrosanctam Eucharistiam impertiendi Fidelibus in Sabbato Sancto pro satisfactione etiam Paschalis præcepti, et anceps hæserit: Num eadem consuetudo servanda foret, sive utpote abusiva removenda? Ut omnem anxietatem deponeret, supplex fuit apud S. R. C. pro declaratione